



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.I.], 1570

VD16 W 1048

Generis Nobilitate, Ervditione Et Virtvte Praestanti Viro, D. Georgio À
Stetten, Iuniori, ciui Augustano, Domino suo haud uulgariter obseruando,
Rodolphvs Gvalthervs Tigvrinvs gratiam & pacem à Deo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

GENERALIS NOBILITATIS ERUDITIONE ET VIRTUTE PRAESTANTIA VIRO, D. GEORGIO ASTETENI, IUNIORI, CIUI AUGUSTANO, DOMINO SUO HAUD UULGARITER OBSERVANDO, RODOLPHVS GVALTHE RVS TIGVRINVS GRATIAM & PACEM A DEO PATER PER IESVM CHRISTVM DOMINUM NOSTRUM.



INTER Dei beneficia, quibus nos in extrema hac mundi fene-
scientis palæstra lucientes iuicare dignatur, nullum ego præstan-
tissime Georgi, salutarius & excellentius iudico, quam quod E-
uangelij doctrinā, qua superiorū temporū iniuria & infelicitate
diu abscondita, & quasi sepulta fuerat, singulari consilio, & non
abfīc̄ illustri sue omnipotentia argumento, in lucem reuocauit.
Hac enim ipsius uoluntate nobis exponit, utræ officia docet, errores & uitia cor-
rigit, cōsolutionibus efficacissimis animos labentes suffulcit, & qua omnē hu-
mani ingenii capti superant, regni cœlorū & æternæ salutis mysteria pandit atq;
manifestat. Comitantur hanc bonarū literarum & artium studia, quæ cum Euani
gelij cognitione quasi renata esse nemo negabit, qui prioris seculi barbariem cum
præfatis huius eruditione & doctrina conferre uoleat. Est hoc euīdens diuinī fa-
uoris argumentum, in quo ueteris illius ætatis uestigia est uidere, cuius felicitatem
prophanī scriptores tantopere cōmendant. Nam ut hodie cum Euangelij do-
ctrina schola aperta & liberaliū artium studia paſsim restituta sunt: ita olim, cū
Dei filius ex Virgine matre homo nasceretur, literæ tum Græcae tum Latinæ unā
cum artibus cū primis floruerunt. Tribuerunt eam laudem pleriq; Augusto Cæ-
sari, quem doctorum studijs egregie fauisse ipsi quoque fatemur, cū & ipse inge-
niosuleret, & hoc ipsius studio non indiligenter excoluisset. Rectius tamen hæc
gloria ad Dei filium refertur, qui suo in mundū aduentu per spiritū suum eorum
quog; mentes quasi propiori afflatus excitauit, qui ab eius cognitione alſenissimi
fuerunt. Nec mitum est in artum & literarum cognitione eos profecisse, qui in
philosophia studio cōditis oraculorum inuestigatione maiores suos excelle-
re cooperunt. Conferatur enim cum ueterum philosophorū delirijs quæ apud
Ciceronem de Dijs & eorum cultu, de uitæ etiam conuersatione & moribus tra-
ducentur, magnum profecto discrimen reperies, licet hic quoq; in pleriq; hallucina-
tu fuserit. Etsi quid conjecturis tribui debet, credibile est, Romanos cū Aegy-
pto potirentur, ueteris testamenti libros, quos Ptolemaeus Philadelphus in Græ-
cam linguam transferri curauerat, domum aduexisse, quorum lectio eruditis in-
geniis, in historiis mundi cognoscenda plurimum adiumenti contulit. Ex Mose
enim desumpta uidetur, quæ Ouidius de mundi creatione & progressu, de di-
uisu, de terrarum cōflagratione & similibus rebus scripsit, & idem mundi finem
aliquando fore satetur, quem philosophorum princeps aeternum esse contendit.
De loue enim perdendi mundi consilium captante scribit:

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptæ regia cali

Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Agnouit ergo diem nouissimum, quo terram cum elementis omnibus conflagra-
turam esse scriptura sacra testatur. Scimus præterea tunc temporis in omniū pro-
pè manibus suis Sybillarum oracula, in quorum fragmentis admodū perspicua

aa 2

AD GEORG. A' STETTEN.

de Christo & humani generis redemptione testimonia apud Augustini, Lactantii, Eusebii & alios scriptores ecclesiasticos habentur. Ex his illis in diuinorum quoque cognitione proficisse, non ego solus sentio, sed idem olim sensus Eusebius, qui in libris de Vita Constantini scriptis non dubitauit dicere, Vergilius &c. sive Christi incarnatione ea Ecloga celebrauisse, quam plerique interpretantur de Augusto Cæsare exponunt, & eandem ille carmine Graeco transiulit, ut operi suo infereret. De quo etsi cum nemine contendere velim, tamen non in nomine factum puto, ut eo tempore, quo Dei filius hominē assumere debuit, prophano eiusmodi uersus exciderint, qui de nullo mortalium rectius auctoritate possumus.

Vtrima Cumaei venit iam temporis atas:

Cumæum enim tempus uocat, de quo Sybilla Cumæa uaticinata fuit, cuius Christo oracula idem author multa ex ordine recenset. Et mox pergens, ait

Magnus ab integro seclorum nasciūr ordo,

Iam reddit & virgo, redeunt Saturnia regna;

Tu modo nascenti puro, quo ferrea primum

Definet, ac toto surget gens aerea mundo.

T' e duce, si qua manent scleris vestigia nostri,

Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ille Deum vitam accipiet, Dius q. videbit

Permixtos Heros, & ipse videbitur illis,

Pacatumq. reget patrijs virtutibus orbem, &c.

Quæ omnia, ut multa alia, quæ isto carmine continentur, de solo Christo uenient possunt. Is enim auream extatem nobis restituit, tempus nimis gratia, quæ dicitur ueteres prophetæ promiserunt. Ille iustitiam (ut Daniel uaticinatur) semper reduxit. Ille universa peccatorum nostrorum vestigia sustulit, & humanum genus damnationis æternæ formidine liberavit. Id est suos ex coeli feminæ remisit. Dei filios & regni celorum hæredes fecit, & hic ipse totum orbem patris Dei in omnibus regit, ueritate nimis, iustitia, sapientia & omnipotencia infupibiliter. Interum ut illo tempore Dei beneficium pauci agnoverunt, & nec illi ipsi quid conseruent intellecerunt, per quos Dei spiritus ista loquebatur: Ira eadem eleuenter nosci seculi infelicitatem, ut Christum in Euangeliō suo quotidie reprehescerent pauci agnoscant, & qui illum proflentur, ferè ijs non attendant, quæ eius proximo exigit, sed securi uitam uiuant, in qua uix minima Christi & doctrinae Christianæ uestigia apparent. Si qui uero efficaciō spiritus uirtute excitati aliqui in omnibus ueritatis studio tenentur, tamen illi quoque in multis harent, & duo prædicti sibi obstarē dicunt, quod minus maiores progressus faciant: Contra uerae religionis causam quotidie nouæ pullulant, & eorum autoritatem quæ uangelij doctrinam & huius sectatores infatibiles crudelitas persequuntur, non mirum est, homines rudes & imperitos hisce offendit, quæ docimur & grauisbus uiris sàpere scandalō fuerunt: neque negari potest, duo haec prædicta currere, imò rabie infâna graffari. Nam ut eos omitamus, qui ut superficiem suas tueantur, ueritatis doctrinam aperte oppugnant, ipsos Euangelii professedores in diversa studia scindunt, & opinionum sibi inuicem pugnantium certaminibus cœrrimis inter se se committi uidemus, & multos præpostera suorū præcepta obseruantia seductos ea tueri, quæ in scripturis aperte improbanur. Contendunt uero istarum fructus est, quod olim damnati Arii, Nestori, Euthychis, Marcellini, & aliorum huius farinæ hæreses quasi ab inferis reuocantur, & defensione inueniunt eruditio & autoritate cum publica tum priuata insignes. Quoniam etiam nem auidè arripiunt ecclesiæ persecutores, qui eò maiori rabie in Christum docent.

ROD. GVALT. P R A E F A T I O.

bra faciunt, quod plus inter nos dissensionem esse uident, adeoq; in illos sibi omnia licere putant quod ipsos mutuis conuiis pugnare, & quasi nouos aliquos Papas excommunicationis fulmina aduersus se mutuo faculari audunt. Et utinā nulla eorum exempla extarent, qui fidis Christi cultoribus vel suū patrocinii negant, uel etiam suis criminacionibus frigidam suffundunt, adeoq; faces subministrant, quibus illi sub hæresum criminibus crudeliter exuruntur. Sunt hæc horrenda talia, & de nostris feculi peruersitate satis testantur, nec dissimulari possunt piorum querela, qui & mala ista amarulenter deplorant, & se consilio ituari cupiunt, ut quid sibi interea faciendum sit, intelligent. Est hic iustus omnino dolor, & laudem meretur illorum studium, quo fidei & uita rationem inquirunt, quam turò sequi possint. At non omnes, proh dolor, tangit salutis aliena cura, cum multi priuatam quoq; securi negligant: inter eos autem, qui consilio & authoritate reliquis praestant, diversa plane iudicia audiuntur. Sunt enim, qui prudentis esse dicunt, temporis cedere, & præsentis feculi moribus sece accōmodare. Alij magistratibus similiter obtemperandum esse censem, & seditionis speciem habere putant, si quis religionis ergo illorum edictis sece opponat, oblitus nimirum sententiae Christi, qui quæ Cæsaris sunt, ita illi dare iubet, ut Deo interim suum quoque in nos ius saluū & ratum maneat. Multos etiam opinionum varietas & dissentientium certamina ita offendunt, ut rerum dubij, ueritatis cognitionem nullā adhuc reuelatam arbitrentur, cum noua secta & noua doctrinæ genera quotidie emergat. Illis obrepant impostaores, qui fucata sanctitatis specie palliati, præfentem quidem rerum conditionem deplorent, simul uero ex prophetis iuxta literam expositis seculum quoddam aureum pollicentur, quo plena & perfecta ueritatis cognitio (quam ne Apostolorum quidem temporibus innotuisse dicit) totum orbem sit illustratura. Qui uero omnium modestissimi habentur, in tantis opinionum dissidijs Concilij generalis determinationem expectandam esse sentiunt: ne dum patruli aliquot præ alij sapere instituunt, scipios magis inuoluant, & alij quoque malis exempli autores sint. Qui si simul horum temporum conditionē inspicerint, & quam pauci profuerint Concilia ex eo tempore, quo Romani Pontifices in Ecclesia priuatum obtainuerunt, mox uiderent, eius remedij spem omnino nullam esse, quod si rite adhiberetur, rebus afflictis salutem afferre poterat. Quid enim speres, quando q; reformatione præ alij opus habent, non modo eam refugiunt, sed infuper omnem Concilij indicendi & administrandi potestatem penes se solos esse uolunt: qui uero illos in ordinē redigere poterat, uel illis seruulter blandiuntur, uel etiam manifestos errores in illorum gratia publica autoritate defendunt? RESTA T ergo in ista conciliorum & sententiarū varietate unica ueritatis & salutis retinenda, ratio quam scripture nobis tradunt, & quam p̄ijs iam inde ab exordio mundi semper obseruatam fuisse scimus: Ut nimirum posthabito carnis sensu & hominū quorūvis autoritate, ab uno Dei uerbo pendeamus, & ex illo petamus recte credendi pieq; uiuendi regulam. At ne in citandis scripturali locis prolixiores simus, unus Micheas nobis poterit sufficere. Hic enim cum de Christi regno, nouissimis temporibus exorturo, deq; omnium gentium ad illud concursu uaticinaretur, & simul superstitiones & errores omnis generis subnascituros esse præuideret, pios breui & salutari præceptio aduersus omne scandalum instruit, dicens: Omnes populi ambulabunt, quisque in nomine Dei sui, nos autem ambulabimus in nomine D O M I N I D E I N O S T R I in seculum & in perpetuum. Aureum sanè oraculum & quod omnibus locis cum publicis tum priuatis inscribi, immo in ipsis animis insculpi debeat, ut semper ob oculos ueretur, nosq; nostri officij & conditionis, quæ in hoc mundo sustinenda est, omni momento admoneat. Primo enim doceat, minime debere sperari, quod omnes populi in unam eandem p̄fidei & reli-

gloris formam consensi sunt, quin potius miram fore multorum in superstitiis suis fouendis ac retinendis contumaciam & incredibilem feruorem, labunt (inquit) omnes populi, quisque in nomine Dei sui. Ipsorum Deos quo singuli ex suo cerebro sibi ipsi singunt; quos olim inter gentes usus historias testantur, & nouissimis quoque temporibus uarios & diuersos fore, stus monuit, quando non modò pseudoprophetas, uerum etià pseudochristos orituros esse dixit. Consentium his historiæ Ecclesiasticae, quæ olli plures docent, qui uel seipso uel alios promissum illum Saluatorem esse impudentem starunt: inter quos ipsis Apostolorum temporibus primatum facile tenet Simo Magus, quem Samaritæ Virtutem Dei magnam dixerunt, Romani autem in Tyberis auleo statu posuerunt cum hac inscriptione, SIMONI DEO T. Secuti sunt mox, qui etià Christum profiterentur, illum tamen longe tradiderunt, quam ab Euangelistis describatur: Alij enim persona uniuersitatem exerunt in duas, ut Nestoriani: alijs naturas eius confuderunt, ut Eutychianis motheani. sic dicti à quodam Timotheo: alijs diuinam eius efficiam in caritatem esse docuerunt, ut Apollinaris, qui idem illum corpus sine mente absisse dixit: alijs corpus illi tribuerunt phantasticum suæ imaginarium, ut Celsus Martion & Manichæi: alijs coelitus allatū & sydereum, ut Valentini & Apollinaris: alijs illum Deum esse, & ab æterno fuisse negarunt, ut Arius, Phorinus, Acetius: alijs in illo planè nihil prater hominem nudum agnoverūt, ut Hesychius filides, Cerinthus, Carpocrates, Paulus Samosatenus, Theodotion & homines. Taceo infinita alia hereticorum monstra, quæ olim patres orthodoxi, Tertullianus, Epiphanius, Augustinus & reliqui confutauerunt. Corporis sterterum iniuritatis operari spiritus satanae, utin tanta dogmatum & opinione sensione magno illi Antichristo utam sterneret, sicuti Paulus fore predicaret uero hodie portenta illa plerique abominentur, & ab hereticis veteribus abhorreant, non deflent tamen, qui nō multum disimilla ab his docent. Christum fingunt, qui uerborum virtute uel ex pane fiat, uel pane continetur tamen corpore suo simul terras & cœlum impletat: qui item in crufula patiens randum proponunt, quem in cœlis ad dextram patris sedere prostinent. Indunt his, qui ueteres Christi cultores & martyres, perinde ut olim ethni fieri suos, in Deorum numerum referunt, illos in omni particulorum genere innatos & ipsius cultum exhibent, qui uni soli Deo debetur. Et eò ulti superflua cœrunt, ut nō modò gentes singulae, sed urbes & pagi, immo singuli proprii homines Deos suos peculiares habeant, quos præ alijs cultu & ueneratione dignoscit & bitrancit. Ex cogitarunt præterea superstitiosi homines nouas fidei & religio regulas authorum suorum nominibus inscriptas, quibus tanum tribuuntur illis potius Benedictini, Bernhardini, Franciscani, Dominicani, & quin ab uno Dei filio, IESU CHRISTO, Christiani denominari uelint. Et ita illi cheæ impletur, ut singuli in Deorum suorum nomine ambulent, & ex suo ente confitos cultus pertinacissime ueantur. De quo nos spiritus sanctus adiuuit, ne nobis consensum quendam in religione uniuersalem polliciemur, potius obfirmatis animis nos ipsos armemus ad uerae fidei constantiam. Et hoc facit quod secundo loco addit. Nos autem ambulabimus in nomine Domini nostri DEI NOSTRI in seculum & in perpetuum. At in nomine Domini ambo idem est quod uerbum illius obseruare, & res omnes iuxta illius prescritiones statuere. Nomina enim rerum nota sunt, ex quibus agnoscatur. Deo autem modò nomen nullū potest tribui, cùm immensus & infinitus sit. Nomen autem dicitur omne illud, ex quo ille agnosci potest: inter quæ cùm facile primus uero Verbum eius, quo seipsum & uoluntatem suam nobis patescit, hoc ipsam re-

ROD. GVALT. PRAEFATIO.

similem omen illius dicitur. Nec aliud hic intelligi debere, ipse Micheas paulo post docet. Cum enim arma Christi describit, quibus ille in regni sui administratione utitur, sic ait: Pascet in fortitudine Domini, & in magnificencia nominis Domini Dei sui, id est, in nomine Domini magnifico. Vbi per fortitudinem sue potentiam Dominus illius spiritum, per nomen verò eius Verbum intelligi debere, uel ex eo patet, quod regnum Christi nullis alijs armis, quam duobus hisce, propagari & administrari, scriptura passim testatur. Nō temere autem in praesenti locutione eiusmodi propheta utitur, qua una cum fide & illius libera professione uita quoque conuertationem comprehendit, quae professioni nostrae respondeat. Exigit utrumque Christus quoque in Evangelio. Qui enim dicit, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo, qui in celis est, idem alibi dicit: Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, introrsum in regnum meum, sed quis fecerit uoluntatem patris mei, &c. Et notum est illud Apostoli: Ostende mihi fidem tuam ex factis tuis. Piorum ergo fuerit, inter opinionem uarierates & nostri feculi controvierias, in unitate ueri Dei uerbum respicere, & ex illo tam fidei & religionis quam totius uita regulam petere, & eandem omni studio sectari; id est in seculum & in perpetuum, id est, in finem usque, sicuti Christus interpretatur, quando beatos fore dicit eos, qui in finem usque perseverauerint. Conuenit hoc prophetae consilium cum omnibus iis, quae tum ueteris tum noui testamenti libris de hominis officio erga Deum traduntur, & satis docet, neminem in religionis causa aliorum exemplis, uel alteri sentientium multitudine & autoritate moueri debet, ut quam ex Dei uerbo dicit, religionis & fidei regulam ignauis deserat, aut turpiter prodat. Primum enim sua fide uiuit iustus (ut ex propheta Paulus docet) & proinde aliorum suffragiis frustra nitetur, qui non ipse Christum ea fide apprehendit, quae sola nos illius, & in illo bonorum quoque omnium consortes reddit. Deinde non ab hominum autoritate salutis nostrae ratio dependet, sed a Dei uoluntate, quam ille per uerbum suum reuelat, cuius tanta est authoritas, ut nullius hominis existimatissime siue authoritas, illi quicquam possit derogare. Ideo D. Ambrosius olim Valentiniiano Imperatori à quo id eorum & altarium restitutionē Symmachus Romani Senatus nomine posulabat, prudenter admodum ac pie scripsit: Stidere militari eis consilendum, debet exercitati in prælijs uiri expectari sententia, consilium comprobari. Quando de religione tractatus est, Deum cogita. Nullius iniuria est, cui Deus omnipotens antefertur, &c. Et quam ridiculum, uel paucis periculis sit, hominum suffragiis quicquam in fidei & religionis causa tristitere, uel ex eo patet, quod omnibus seculis diuersæ fuerunt de religione hominum prafantissimorum sententiae. Etsi enim uerbi sui lucem Deus accendat, & multorum mentes ueritatis cognitione illustreret, qui & uocantem sequuntur, & in fide agniti constantes pergunt; maior tamen semper est illorum numerus, qui aut pravis opinionibus infecti, de Christo inepit et male sentiunt (cuius rei exemplum in Herode habemus, quem Pythagoricus de Metempsychosi error decepit, ut in Christo Ioannem Baptistam reuixisse putaret, & in illo quemvis alium potius quam Deum agnoscere) aut ueterum superstitionum consuetudine, seu uinculis adamantis constricti, ueram religionem admittere non possunt, qua illas omnes uerii & profugari uident. Quae causa olim (teste Augustino) gentes impediuit, ne Christi fidem amplecterentur, cum in recipiendis Diis nouis & peregrinis cultibus nimis faciles & proclives essent. Sciebant enim à Socrate uerissime dictum esse, unumquemque Deum ita coli debere, sicuti ipse præcepit. Cum ergo Christianorum Deum collegas aut cultus sui socios nullos admittere audirent, & facitios Deos omnes necessariò relinquentes esse illis, qui ueri Dei cultores esse uolunt; hoc illis non modo graue & moleustum, uerum etiam iniquum & absurdum plane

AD GEORG. A STETTEN,

uisum fuit, si propter unum plures relinquenterent, adeoq; Deos multos & pri-
sicuti ipsi aiebant) cum uno & sibi antehac ignoto Deo permutarent. Quod
Deorum suorum numerum augebant quotidie (ad eum ut aliquando triginta milia
Deorum numerata fuisse, Varro scriperit) in solo uero Deo recipiendo diffi-
ciles fuerunt, eò quod per hunc totum illud fabulosorum Deorum examen ei-
expelli uiderent. Et haec ipsa causa hodie aduersarios nostros impedit, quo m-
Euangelij doctrinam admittant, mox patebit, si rem ipsam paulo attenus con-
deremus. Possunt enim ferre Christi nomen, quin illo non minus quam cog-
riantur, & quae de illo docemus probant, quoad Diuos & Diuorum cultu-
tumq; illud superstitionum ab hominibus inuestigatum, illis inactum ne
quimus. Ut primum uero exclusua illa, s o l v s, urgetur, & in 3010 11
C H R I S T O salutem inueniri, solū illum in arā crucis semel immolatum prop-
cati nostris satis fecisse, solum item ecclēsā caput, solum mediatorem & adiu-
tum nostrum esse dicimus, nec ferendos esse eos, qui hanc eius gloriam in cer-
ras partiuntur, iam hoc illis dictū & creditū intolerabile uidetur: & quos suble-
perstitutiones defangare possunt, quod minus asinorum inflar noua quidēce-
suscipiant, solius Christi iugum ferre detrectant: quia hoc admisso reliqua om-
corrūtura esse sentiunt, quibus tam diu assueverunt. Adeoq; efficax est uen-
ris persuasio, & tam dulcis eorum consuetudo, quae ipsi nobis ex nostro con-
finxit. E S T præterea aliud genus hominum, qui cūm religionem pro-
faciant, ut de illa cum quoquam contendere uelint, ambitione tamen & faci-
entiae exultatione inflati, ueram religionē fastidunt, ne si illi locum dent, pa-
errauisse, aut ab alijs meliora didicisse videantur. Eius rei exemplum olim hec
tus Rom. exhibuit, qui cūm Tiberius Cæsar de operibus Christi edocet, illu-
ter Deos referendū censuerat, & rem istam cum sui suffragijs prærogativa in lo-
tulliani uerbis urat) ad Senatum referret, hic quia ipse nō probauerat, refutauit
tus enim decretum erat, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a sancto
prius esset probatus. Fuit haec ridicula (ne quid grauius dicam) Romanorum
lentia, qui suis suffragijs Deos fieri uel non fieri potauerunt. At quanto more
reprehensionem hodie merentur, qui cūm Christi nomen sibi uidentur, faci-
men exultationi tantum tribuant, ut ne manifestos quidem errores, et quae
ipsi dissimilare possunt, corrigere uelint, ne omnia sua vulgo suspeca, et
Sunt hi uerè ex illorum numero, de quibus Christus olim dixit: Quomodo no-
testis credere, qui gloriam à uobis inuicē accipitis, & gloriam qua' a solo Deo
sic fit, non queritis? Adde his omnibus, quod incerta, fluxa & muraria
varijs obnoxia sunt, quæcumq; hominum placitis & traditionibus inuitum, &
posterioris improbantur quae maiores in preio habuerunt, inq; paucos reporta-
sib; ipsi perpetuò constent. Mutantur enim pro temporum & locorum ratio-
minum sententiae, & in illis uel probandis uel improbadis plurimum perde-
periculi aliquid metus, tum commodi priuati spes atque cupiditas: ut famili-
camus de contendendi libidine, qram ambitio comitatur & reliquias facit,
& intellectum impedit, quod minus quod uerum est uideat, & voluntate me-
rantur in eo amplectendo, quod uerum esse didicimus. Quis ergo non de-
sibi pessimè consulere, qui cūm æternæ salutis causa agitur, ad horum pia-
respiciunt: Solum Dei uerbum æternum, certum & immutable est, quod ex
illa sapientia protulit, quam nihil latet, quæq; errores nullos commitit, quod ex
correctione opus habeant. Ab hoc igitur quicunque pendent, illis certa confitent
fidei & salutis ratio, & proinde nec diversis aliorum sententij turbantur, nec
illus auctoritate mouentur, ut à uero discedant, quod ex illo didicimus. Si ergo
enim exemplorum in hac causa usus est, eorum merito summa debere certa

ROD. GVALTH. P R A E F A T I O.

tas, quorum fidem & fidei constantiam scripturae nobis commendant. Ex illorum numero sunt patriarchae, qui cum numero pauculi essent, & inter impios idololatrias, honoribus & divitijis immodicis superbos, ipsi uiles, ignobiles & peregrini uerarentur; nunquam tamen adduci potuerunt, ut quam ex primis Dei promissionibus didicerant, fidem ueram cum illorum superstitionibus commutarent. Debet ictis adnumerari Moses & Aaron, qui ecclesia & publica salutis causam adversus Pharaonem & illius Magos magna constantia defenderunt, quamuis ab illo & numero & potentia superarentur. Pertinent ad illorum ordinem prophetæ, qui in Dei uerbo tradendo cum fide sincera inuictam quoque animorum fortitudinem coniuxerunt, nec ullis uel minis uel promissionibus se sepaſsi sunt adduciti, ut aliter loquerentur uel sentirent, quam à Deo acceperant. Horū exempla imitati sunt pīssimi principes, Iosaphat, Ezechias, Iosias, quorum fides in sacra historia praedicatur. In novo testamento Apostolos habemus, qui est Christum plerisque exolum esse, & eundem à scribis & sacerdotibus perpetuo insestari uiderent, ilium tamen doctorem & magistrum secuti sunt, & cum aliquot millibus ab illo deficientibus interrogarentur, Num & ipsi uellent abire responderunt: Domine, ad quemibimmo. Verba uitæ aeternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quod tu Christus, filius Dei uiui. Neque eo tempore modò ista profesi sunt, sed postea Christi causam inter Iudeos & gentes ea animorum constantia egerunt, ut uitam potius amittere, quam fidem abnegare, aut doctrinæ genus mutare iuoluerint. Eundem animū sanctis martyribus fuisse legimus, quibus leue uisitum fuit, tormenta crudelissima subire, modo in Christi fide morerentur, à qua illos nulla humana sapientiae uis, nec ulla regum maiestas abstrahere potuit. Si quos ergo exempla uiuant, hos sibi imitando proponant, quorum authoritas in ecclesia creditum maxima, gloria autem in celis maior est, quam ut huic regum huius seculi malefactors ullo modo conferri debeat. Tradiderunt illi nobis ex spiritu suggestione unum uerum Deum, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, quem unum invocare, colere & audire debeat, quicunque Dei cultores haberuolunt. Tradiderunt Iesum Christum, aeternum & patri consubstantialem Dei filium, qui præfinito tempore ex Maria uirgine homo factus, salutis doctrinam perfecte tradidit, peccata nostra suæ mortis merito expiavit, mortem resurrectione uscit, & peracto in terris nostræ redemptiois negotio corpus suum in celos subuexit, ut & illos nobis patefaceret, quos peccati culpa clauferat, & ibidem pro nobis apud patrem intercessor esset & mediator. Eundem nouissimo die uisibiliter in nubibus celi rediuitur tradiderunt, ut ad eius tribunal iistantur omnium locorum atque seculorum homines. & ab illo uel uitæ aeternæ premia recipiant, uel eternis scelerum penitentiæ. Tradiderunt Christum in terris ecclesiam habere, quæ uerbo & sacramentis colligitur, & ex eiusdem semine per spiritum sanctum regeneratur, & quam ipse remissionis peccatorum, beate resurrectionis & uitæ aeternæ promissionibus exornauit. Pertinent ergo ad illam quotquot Dei uerbum audiunt, auditum fide sincera amplexantur, Deum unum & uerū inuocant, & sacramentis eius secundum primæ institutionis formulam legitime utuntur, adhac puritatem & sanctitatem Christi sanguine questam diligenter custodiunt. Hæc ergo constanter teneamus, nec illorum moue amur rationibus siue exemplis, quibus cum ratione (quod dicitur) insaniare libet, dum Deos nouos & Christos nouos fabricat, superstitiones item & idolatrias quotidie nouas inuehant, aut olim inuectas, & nunc sub Evangelii pondera quasi nutantes, suo exemplo stabilunt, interea uero nostram rūsticitatem rident, qui solius Dei uerbo inhærere, & in illius nomine ambulare dicimus. Est illorum hominum pertinacia maior, quam ut facile uinci possit, & quam parum in illis emolliendis proficiat paterfacta nostro seculo. Veritatis doctrina, res

ipsa loquitur. Sed nihil propterea ex uera pietatis studio remittere debent; quorum mentes Dei spiritus illustravit. Qui si non alia ratione mouentur, mouere possunt aduersariorum constantia, uel potius contumacia: ne illi in retinenda atque fouendis erroribus plus animi & fortitudinis habeant, quam nos in Christi & ueritatis causa defendenda habemus.

Cæterum multos terret tyrannorum saevitia, qui superstitiones armis tueri, & Veritatis doctrinam ferro & igne perseguunt. Est etenim hac gravis admotio, & nescio an ulla unquam persecutio uel crudelior vel diuturnior fuerit, quam quæ nostris temporibus ecclesiam exercet. Numerantur à Christi morte usque ad Constantini Magni tempora persecutio[n]es decem, quæ & sua interruuunt, & breuiissimo tempore spacio cursum suum impleuerunt. Inter illas grauissima omnium fuit, quam Diocletianus & eius collegæ, Maximianus & Minimus, instituerunt: quam toto decennio durauisse historici testantur, & que infinita crudelitatis plus quam barbaræ exempla præbuit. At si nostri temporis historiam inspiciamus, quot regna & nationes reperi poteris, in quibus iam annis circiter quadraginta continua sanguinolenta hostilitate ecclesiæ rabies grauata est. Versantur pauci in omnium conspectu peregrini, qui patris fedibus expulsi, & fortunis omnibus exuti elegant, & uitam degunt plenam laborum & molestiarum, quales exilium comitari solent. Alij uero plures miserabiliter gemunt & inspirant, quibus nec domi Christum profiteri, nec inde turò discedere licet. Alij in carcerebus & uinculis mortem infamem in horas expectant. Alij ad supplicia resipiuntur, in quibus excogitandis noui quotidiani Phalarides & Perillii crudelissimum ingeniorum astutiam truculenter exercent. Quid uero ista cōmemorare iurat, quando bella horrenda religionis ergo gesta esse scimus, in quibus Germania, olim libera & Regum patria, non modo terras suas & urbes cædibus, sanguine & incendijs horribiliter uastari, sed principes quoque suos, non tam auctoitemate quam meritis suis illustrissimos, in tristem captiuitatem abduci, & in eam aliquot non sine atrocibus contumelij detineri uidentur? Arserunt alijs in terris crudeles nobilium uirorum & foeminarum rogi, & nec dum hodie multis in locis ardere desinunt. Videlicet florentissimum Angliae regnum (de quo propter Martyres illustres honoris gratia omnino aliquid apertius dicendum est) principes suis ad supplicia rapit: uidentur Episcopos & pastores suos in medijs flammis fidem, quando cuerant, suo sanguine confirmare. Videlicet inquam te Cranmere sanctissime, jani senem, ignis supplicium subire, & quasi Scæviolam Christianum dextram in flammis obijcere, quem multis annis Cantuarientem Archiepiscopum in primo dignitatis gradu collocatum uiderat, & cuius fides regibus non semel perfetta fuerat. Videlicet Latimer pater, olim Vigornensem Episcopum, multo senior, quem, in rogum ascendere, cuius uenerandum caput reges & principes in summa admiratione habuerunt. Videlicet facundissime Ridlee inter medios signes felicem animam exhalantem, quem prius Roffensem & Londinensem episcopatum Euangelij doctrina completem audierat. Videlicet fortissime Hopperum, sicut Episcopum Glocestria inter diuturnos incendijs cruciatu[m] fide inuicta Christi & Euangelij sui causam tueri. Quid uero de te dicam Ioannam Graia, eruditissimam, pietatis & modestiae deliciam, qua cum primò inuita ad regnum abruperis, paulo post, ceruices immanni carnificis gladio incidentias præbusti? Secuti sunt te infiniti ali, nobilitate & uirtute insignes, quos adhuc non sine dolore requirit Anglia, & hunc sibi intollerabilem putaret, nisi Elizabetha regina Serenissima, quam Deus singulari providentia inter motus istos grauissimos in hunc usum seruavit, afflitis rebus opem attulisset: quæ ob ueritatis doctrinā electos reuocavit, & illis quidem patriam, huic uero cum ueritatis luce uitam atque salutem restituivit. Non tamen

ideo ut
thores
depi
factos
men te
dium u
animu
comita
mouer
dentur
extend
pijs ull
lias de
minutu
sum in
gar &
mur &
muis, ue
et, qua
da hac
relucte
De lob
& subi
rit quod
nat. Et
tam se
cidit. E
scriptu
Christu
firmatio
rigi, ut f
ciat ut f
hali ne
monet,
quod af
bus à De
qui cor
diligenc
& tuo sp
fog pro
hadim
lmmem
bolo no
el, que
mansell
minus c
corripit
ueluti fi

ideò ubique locorum cessat Pontificum rabies, qui præcipui persecutiorum auctores sunt, sed adhuc paſsim ſe exerit, & de Euāgelij doctrina opprīmenda, depuſtandis ecclēſijs inter multos ſumma potentia & authoritate präditos conſulatur. Mōtentia multorum animos, nec id temere, quando nos Dei non faxos aut ligneos, fed homines finxit, qui & boni & mali ſenſu mouentur. Attamen tenendum eft, iſta non tantū momenti eſſe, ut periculorum metu pieratis ſudidum uel diſimulare, uel in aliud tempus reiſcere quifquam debeat: ſed hic quoq; animum obſfirmare oportet, ut ad omnem calum parati, perſecutiones & que has comitantur pericula intrepide feramus. Et ſunt hic rationes grauissimæ, qua nos mouere & excitare debent, ex quibus aliquoꝝ recenſebο, qua mihi poriſſimæ uidentur. Occurrit inter haꝝ prima omniū Dei prouidentia, qua res omnes ad ministrari, ſcriptura docet. Et ſanè cū illa ad paſſeres uisque & relquias uolutes extendatur, imo capiſti noſtri pilos in numerato habeat, minimē putandum eft, prius ullum periculum abſq; illius nutu & conſilio accidere. Quis enim pater familiā de ſeruis & uais domēſtici ſollicitus liberos ſuos negligeat, quos honorum omnium haredes fieri cupit: Et nos à Deo illos negligi putabimus, quos per Chriſtum in filios adoptauit, cū res animatas & inanimatas omnes certo conſilio regat & in finem ſuum conuerteret: Illius ergo nutu & conſilio fit, quod cruce premiatur & perſecutionibus exercemur: quod non ex ihsu modō patet qua modō diximus, uerum etiam ex Chriſti uerbis, qui de omnibus perſpicue olim uaticinatus eſſe nouiſimo ſeculū in ſe creditibus ſint euentura. Quod si illius prouidentia haꝝ euueniunt, nos illa patienter ferre conuenit, ne illius conſilio & uoluntati refuſtemur. Poteſt haec una ratio illis ſufficeret, qui ſe totes Deo conſecrauerunt, De lobo certe legimus, quod hoc uno argumento fortunarum ſuaram facturam, & ſubitam liberorum ſuorum mortem, et corporis acutissimos dolores ſuperauerat, quod haec omnia à Deo immiſſa ſeiret, qui iuſto & certo iudicio omnia guber nar. Et eodem nos uti doceat Dominus noſter I E S U S C H R I S T U S, qui hoc ipſam ſe quā dīſcipulos ſuos conſolatur, quoties in ſuā mortis mentionem inedit. Ecce (inquit) aſcendimus Hieroſolymam, & coſumimabuntur omnia, que ſcripsi ſunt per prophetas de filio hominis. Item: Sic ſcriptum eft, & ſic oportebat Chriſtum pati & reuirſere à mortuis, &c. Plurimum autem ad huius rationis confirmationem faciet, ſi Dei uoluntatem & iuſtam eſſe cogitemus, & in eum finem digniſt, ut in iplo ſalutem confequamur. Nec enim aliquid iniuſe facit is, cuius iudicium in Pſalmis ſcribitur) ſunt iuſtitia & ueritas. Et cū idem nobis pater ſit, nihil in nos ſtatuit diuinus, niſi hoc noſtre ſalutis ratio requirat. Nam ut idem Dauid moneretur conditionem noſtram, & nos puluerem eſſe recordatur. Et huic facit, quod affiſſiones ſcriptura calcis nomine plerūq; denotat, nimirum ut illas nobis à Deo certa mensura propinari cogitemus, prout ille nobis opus eſſe uiderit, qui corda & renes ſcrutatur. Patebit hoc statim, ſi quales natura ſimus, aliquantò diligenter inſpexeris. Eſi enim nos ſuā uoluntatis cognitione Deus dignetur, & ito ſpiritu nobis cohabiter, quem Chriſtus conſolatorem & aduocatum nobis fore promiſt: manent tamen in nobis carnis reliquiae, & quam ex primo parente inſimilis, naturæ uitiatæ corruptio. Quia fit, ut interdum & Dei & noſtri officiū immemores prauis cupiditatibus abripiamur, uel ſalutis noſtre negligentes dia ballo nos circumueniens praebamus. Ergo uirg. & crucis disciplina tunc opus eſſe, quae ſecuritatem nobis excutiat, & carnem ferocientem coercedat, ne in ihsu cum manefelia propria ſalutis factura pergamus, qua noſtra profefſioni & uocationi minus conueniunt. Admonet de hoc Apoſtolus, cū ait: Quem diligit Dominus, corrigit flagellat autem omnem filium, quem recipit. Si caſtigationem ſuſtinetis, ueluti filijs ſe offert Deus. Quis enim eſt filius, quem non caſtigat pater? Quod

uerò de singulis priuatim dicitur, ad totam quoq; ecclesiastam pertinet, qua domi
 & pace abundat, suas ex his labes contrahit, & tunc ferè publica quadam obiqui
 securitas, que & uero cultui plurimum obest, & morum disciplinā euerit, &
 dem in confidentiam & ambitionem degenerans, dissidia & concertationes per
 quæ ueritatis doctrinam publicis fidei hostibus deridendam propinata. Facto
 hoc tempore Apostolorū in ijs ecclēsīs, quæ reliqui liberius uiuebant, & m
 habebant persecutōnū: qualis Antiochenā fuit, quæ concertationem de Crite
 cione & legis iustitia proposuit; & Corinthia, quam sectis urbis scissam et hui
 simis erroribus corruptam fuisse, ex Pauli Epistolis patet. Quibus fortassis Gal
 tarum ecclēsiae adnumerari poterunt, quæ cum persecutores nullos sentirent, in
 posterioribus locum dederunt, qui Euangelij doctrinā cum lege permiscebant. Cū
 primis uero memorabile est exemplum, cuius Eusebius in Prologo libri 11. ad
 minit, ubi persecutionem, quam regnante Diocletiano saeuissimam fuisse suppon
 ximus, descripturus, illius causas in ecclēsia indicat, quam diuturnior pars, ob
 negligēt & deteriorē fecerit. Ius uerba sunt: Vbi ex multa liberate multoq;
 diligentia initiati sunt mores, & disciplina corrupta est: dum alter alteri iniuriant,
 & alter alteri derogamus, dumq; nos inuicē mordemus & incusamus, & aduen
 nos metipso intelista prælia comouemus: dum uerbō iaculis proximō ora
 terebramus: dum principes cum principib; populi cū populis seditiones con
 tamina cōcitanus: dum simulatio in uultu, dolus in corde, fallacia proferim
 bis, & malorū per singula cumulus intumescit; diuina prouidentia factura dife
 nā populo suo illata ex plurima pace & nimia sui lenitate prospiciens, aggredit
 primo sensim refrenare lapsantes, & integrā adhuc ecclēsia statim congregatio
 busq; manentibus, indulget interim eos qui erant in militia tantum, genitilip
 secutionē pulsari. Sed cū nullus ex hoc clementiæ eius intellectus populi dan
 quin potius ueluti ignorantes Deum, absc̄p diuina prouidentia res agi puraret
 per hoc eō magis persistenter in malis suis, atq; illi qui duces populi uidebantur
 principes, diuinū mandati immemores, aduersus se inuicem contentionibus, zlo
 liuore, superbia, inimicitijs & odijs inflammarentur, ita ut tyrannide potius q
 sacerdotium tenere se crederent, Christianas humilitatis & synceritatis oblitio
 mysteria prophaniis mentibus celebrarent: tunc demum secundū uocem le
 prophetæ, obscurauit Dominus in ira filiam Zion, & deiecit de celo gloriam.
 Et quæ sequuntur. Hucusq; enim Eusebij uerba recitauimus, qua non tam
 temporū uitia describunt, quām nostri seculi mores ceu in tabella depicti co
 bent: ut uel ueteri exemplo admoniti, non miremur persecutiones & affliction
 quibus hodie passim exercemur, cū ijsdem uitij & morib; hodie etiam uer
 labore Agnoscamus autem in hoc crucis nostræ gloriam, quod quos digni
 rum pœni Deus multat̄re poterat, eos pro uerbi & nominis sui gloria pen
 patitur, ut ea occasione Christo, qui in cruce mortuus est, conformes facili co
 dem in ecclisī uiuant. Ignorat haec gloriā nostrā infelix mūdus, & idē nobis
 cruce laborantibus insolenter furit & omni cōsumeliarum genere ploros egrauit.
 At qui in illam respiciunt, patienter ferunt, quæcunq; à Deo sibi immissa esse in
 ligunt. Deinde proderit cogitare, tyrranorum potentiam suos habere fines si
 minos, quos excedere non possit. Indicat hos Christus quando ait: Ne temere
 ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant. He
 enim de fidei persecutoribus dicit, quos solius corporis occidenti ius habent.
 In solum ergo corpus, & quæ hoc multo inferiores sunt, fortunas siue opes hab
 nostrorum tyranis grassari potest. At corpus, quām nemo illud violenter re
 ferat, suo tamen tempore relinquendum est. Opum uero possessione adeo incerta
 fluxa est, ut tunc maximē nos fallat, quando res nostras aduersus omnem foru

cuem

ROD. GVALT. PRAEFATIO.

uentum stabilissime uidemur. Num ergo graue erit Christo impendere, que uelis
molis aliquando alteri cedes, et si neminem in terris hostem siue inimicum habcas?
Quid, quod neq; in corpus nec in fortunas nostras aliquid possunt hostes, nisi ita
uideatur Deo, qui uitæ nostræ dies numeravit, & cuius imperium ad omnia ex-
tenditur, quæ hac mundi machina continentur? Furiant ergo tyranhi ut violent,
& colum terra miscent, nunquam tamen à Deo sibi præscriptas metas transgre-
dientur. Qui enim mari suum terminum præfixit, ad quem (ut in libro lobi scribi-
tur) fluctus suos tumescentes deponat, facilius multo imponentis animi & iræ ho-
munciones coercere poterit. TERTIO de Dei gloria & animarum salutem hinc
agi cogitemus, quæ duo nobis dominum studiorū & actionum scopus merito esse
debet. Quia enim à Deo corpus simul & animam accepimus, in quo & sumus &
sumus & mouemur, utique ad eiusdem gloriam omnia nostra semper parata &
& instruta debemus habere, ne in Deum ingratis reperiatur, qui in homines in-
grati censer nolumus. Turpe uidetur seruo, si heri sui caufam perfide deserat.
Quando autem turpis est, si Christi causam nostri sanguinis patrocinio destitu-
mus, qui suum pro nobis fundere dignatus est? Vidi hoc beatæ memorie Mar-
tyr Polycarpus, quem Ioannis Apostoli discipulum fuisse iueteres magno consen-
su peribent. Qui cùt sub M. Antonino Vero ad supplicium duceretur, à Procon-
sule admotus, ut suæ senectæ rationem haberet, & uitæ sua per Christi abnega-
tionem confuleret, respondit: Oroginta & sex annis seruo ei, & nihil me læsit un-
quam quomodo possum maledicere & blasphemare regem meum, qui salutem
mihi dedit? Aurea pro se dō uox, quæ utinam omnium animis insculpta esset, qui-
bus hodie lusus iocuſq; uidetur, eum turpi fidei dissimulatione opibus suis con-
futare. Praterea cùm anima posterior hominis pars sit, sine qua corporis aut planè ni-
hil est, aut à brutis nihil differt, illius nos præcipuum rationem habere conuenit,
ne dum corpori consultum uolumus, & eos studemus placare, qui illud occidere
possunt. Dei iram incurramus, qui & corpus & anima ad inferos dehincere potest.
Pertinet hinc Christi admotio: Omnis qui me confessus fuerit corā hominibus,
illam & confitebit corā patre meo, qui in celis est. Quemcunq; autem pude-
nit mei & sermonum meorum in generatione haec adultera & peccatrice, illius pū
debit & filium hominis, cùm uenerit in gloria patris sui cum sanctis angelis. Qui
bus illud addi debet: Quid profuerit homini, si mundum totum lucretur, &
animæ sua iacturam faciat? Aut quid dabit homo, quo animam suam redimat?

QUARTO plurimum consolationis afferet, si istis certaminibus non nostram,
sed eis v. C H R I S T I filij Dei causam agi intelligamus, qui & agonothetes noſter
esset, & simul uires omnibus suis subministrat, quos in hanc palæstram deduxerit. Et
ante Dei negotium hoc esse uel ex eo patet, quod rudes & imperiti homines, im-
bellies feminæ, adhæc pueri & pueræ incredibili robore & constanter incompa-
rabili non modò mortem, uerum etiam acerbissimos tormentorum omnis gene-
ris crucifatus, qui ipsa morte atrociores sunt, ita uincunt, ut ipsis hostibus non ra-
vo admirationem & terorem incutiant. Possem huius generis exempla uetera
commemorare, sed illis minime opus est, ubi res ipsa loquitur, & nostro seculo
multa ubiq; gentium contingere, quæ istis fidem facere possunt. Adeſt enim suis
promissis Christus, cuius uerba sunt: In mundo afflictionem habebitis: sed bono
animo esto, ego uici mundum. Item: Dabo uobis os & sapientiam, cui non po-
terunt contradicere neq; resistere omnes, qui aduersabuntur uobis. Et Apostoli
vox est: Omne quod ex Deo natum est, uincit mundum. Et haec est uictoria, quæ
uincit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod
Iesus est filius Dei? Quia enim per fidem Christus apprehenditur, cui omnis po-
tellus data est in celo & in terra, nullis malis succumbent, quotquot illi tunc in-

bb

ferti fuerint. Vnde olim Paulus dicebat: Quis nos separabit à dilectione Deitatem afflictio: num angustia: num persecutio: num fames: num nuditas: num periculum: num gladius: Quemadmodum scriptum est, Propter te morti tradimur hodie, habiti sumus ueluti oves mactationi destinatae. Verum in his omnibus apparamus per eum, qui dilexit nos. Ipse ergo Christus pugnā hanc sustinet, nobis uero ministris & instrumentis utitur, ut suam potentiam & gloriam eō illustreret, quando mundi & principis eius furiosam tyrannidem armis uincit plane anteineis, uel stramineis potius, nostra nimur carne, qua nihil fragilius, nihil datus, nihil denique caducum & lubricum magis est inter ea, qua nobis pro salute nostra certantibus in diuulse adhaerent. Prebeamus ergo nos Christo Domino, ut nostra opera in ista certamine, longè pulcherrimo, uti possit: in quō uictoriam auctorem modō habet, sed immortalem & cum æternæ salutis præmio coniunctam gloriam. Reposita est enim immarcessibilis iustitiae corona omnibus, qui in hoc studio fortiter decertant, nec inanibus mundi terriculamentis se superari patiuntur.

N E Q U E hic miseri aliquis indignas obijcat piorū mortes, quifere in illa pugna cadunt, insolenter interea ferocientibus impījs, qui pleno ore fuso succubant, & eo potissimum argumento idola & superstitiones suas tuuerunt. Quia enim (ut modo diximus) non nostra, sed Dei causa hic agitur, non quid nobis cœniat uidentur est, sed quam mirifico euētu Deus causam suam per eos tuaret, qui hostium armis succubuisse uidentur, dum sanguinem suū fundit, & uitam huius seculi cum morte ignominiosa permuntant. Rigatur illorum sanguine uine Domini Zebaoth, nec ignominiosa, sed preiosissima est in oculis Domini mors illorum, quæ ijsdem simul uita æternæ & regni coelestis principium præberet. Causa uenit, quam sustinet, adeò nihil decedit, ut potius illa uincat, tot confirmata testimonio, quo sancți pro illa mortem oppetunt: misere interim pereuntibus omnibus sis post regnum Christi in pījs hostiliter oppugnant. Extat exempla omnium seculorum, quibus ista demonstrari possunt. Perfectione lustrinuit Abelus, primus ex homino natus Dei cultor, & a fratre crudeliter necatus obijcit. Ille uero post partitum commissum non modō uitit, sed ciuitatem quoq; adficit, & simul nepotes ac nepotes in multis usq; generationes uidentur, qui artium uariarum inventione illustres fuerunt. Tenebant illi orbis imperium, & inter hos piorum reliquie exiguereant, per quos Deus sui nominis cognitionem & invocationem ueram in orbem conseruabat. Poterat tune aliquis cogitare, actum omnino esse de religione ipsa, maximē quando pījs omnibus uita defunctis, solus Noa cum tribus filiis firmates mansisset, quorum minimum natu à maiorū uirtute turpiter degenerabat. Sed tunc suum iudicium Deus exeruit, & Noam quidem incolumem seruauit beneficio, omnibus alijs per diluvium horribilē & nunquam alias uifato exemplo pereuntibus. Simile quid patriarcharum temporibus accidit, quando horum quidem fides & religio mirabiliter conservata est, alfarum uero gentium superstitiones præter omnium expectationem corruerunt. Adhac in Aegypto eccliam suam Deus seruitate & dira tyrannie exercerit passus est: eandem uero, cum tempore illud fatale instaret, forti brachio asseruit, & illius hostes maris rubri flibus suffocauit. Quod si Monarchias omnes ex ordine spectemus, illas tam diu floruisse patebit, quam diu ecclesiam uelsiu authoritate uiuerunt, uel falcam non oppresserunt. Vt primum uero aduersus illam aliquid crudelius tentarunt, subito & inopinato casu sunt collapsæ. Si Sennacherib Assyriorum, Balazar Babyloniorum, Artaxerxes Ochus Persarum imperio extitum attulerunt, eo quod ad ecclesiæ euersionem suas uires conuerterent, quas in huius defensionem diuinitus accepterant. Alexandro item Magno mirifice fauit Deus, & eidem orbis imperiū contulit, quando ille ecclesiam iuuit, & summū sui populi sacerdotem in honore

ROD. GVALTH. PRÆFATI.

honore habuit, sicut Iosephus in Antiquitatum libro xi, testatur. Postquam uero illius successores ecclæsæ molesti esse ceperunt, illos unâ cum regnis suis miserabiliter perijisse scimus. Nam ut reliquias omissis de solis Syria & Aegypti regibus dicamus, constat utrumque regnum non multo post intestinis bellis & parvicijs conuulsum in Romanorum potestatem peruenisse, quando in illo quidem Antiochus Epiphanes ecclæsæ bellum mouit, in hoc autem Ptolemaeus Læthorus triginta milia iudæorum inaudita crudelitate necauit, & reliquos cæsorum carnisbus uisci coegit. Plura & magis illustria huius argumenti exempla Romanum Imperium dabit, si illius historiâ percurramus. Floruit enim & per totum orbem incredibilis successus aucta est indies illius potentia, quandiu ab ecclæsa Dei manus abstinuit. Quam primum uero Tiberio imperante Dei filius, IESVS CHRISTUS, in cruce lufi xus est, & Nero malis furij agitatus persecutionem instituit, ut Christi fidem & ecclæsiam delerer, mox Provincias res nouas moliri ceperunt, & ipse tyranus sibi mortem consciuit uolentam, in eis eo uulnus illud letale accepit uetus illa bestia, cuius mentio fit in Apocalypsi, quâdo deficiente iam Cæsarum proflapia Imperium ad exteros & barbaros pro militum arbitrio transferri copit. Quoquot uero post illum Christi fidem persequi & extinguere conati sunt, non minus gravem Dei ultorū manum senserunt. Domitianus enim à suis domesticis & libertis confosus periret. Trajanus Tyberis inundatione & diris terremotibus multatus est, quibus urbes aliquor euersas esse historici tradunt. Sub Antonino, cum hic quoq[ue] persecutionem Christianorum institueret, pestis Italiâ plurimis in locis propè exhaustus, & Germani contra Romanos bellum gesserunt, nimis uictores etiam futuri, nisi Imperator recenti Christi beneficio admonitus animis sentientiam mutauisset. Cùm enim Christiana legio exercitu stimenti & iam peritio precibus suis aquâ & præsens Dei auxiliu contra hostes impetrasset, Antonius crudelia aduersus Christianos edicta aboleuit. Septimum Seuerum bellis ciuilibus puniuit Deus, cùm ecclæsæ molestus esset. Maximiñu uero priori uestrigis insistentem milites una cum filio discerpserunt, clamatis uniuersis. Ex pessimo genere ne catulum quidem habendu. Quem imitatus Decius in solo barbarico, paludi gurgite submersus est, ut nec cadauer eius ad sepulturâ reperiatur posset, filius autem manu hoſili in prælio cecidit. Valerianus post occisos Christi seruos, inter quos Cyprianus & Cornelius numerantur, capti legimus à Sapore Perſarum rege, qui quod equum confendere uolebat, illius ceruicē pedem imposuit, & pro sca bello uis est eo, qui aduersus Christum ferocire ausus fuerat: tandem ubi extrema senecte confectum uidit, uiuentem cutem ē ceruice ad pedes usq[ue] detrahit. Post huc Valerius Aurelianus, cum ipse etiam manus priorū Christi languine cruentaret, suorum infidis interceptus et crudeliter necatus est. Secuti sunt istos Diocletianus et Maximianus, qui ut reliquias crudeliores & obſtinatores fuerunt, sic etiam illustriora vindictæ diuinæ exempla facti sunt. Primo enim, cùm male usurpatum Imperium se retinere non posse uiderent, terrore & metu superati, deposita purpura priuatū uicerunt: Deinde uero Diocletianus quidem ipse sibi manū intulit, Maximianus autem cùm ad imperium redire conaretur, à Maxentio filio Massiliam confugere coactus est ad generum Constantinum: cui cùm strueret infidias, filia mariti patri preculit, & ille per hanc detecis infidilis dignas perfidias poenas morte luit. Qui uero illis scelerum & tyrannidis socij fuerant, Maxentius, & Maximinus, ille quidem ad pontem Milium prælio superatus in aquis perire, huic uero pharisaïsis sustulit, cum ex uermibus circa inguina enatis horribiles cruciatus diu sustinuisse. Licinius item, qui ex ecclæsa hostibus solus superstes maniserat, cùm incutabiliſſime pergeret, primum omni dignitate exurus, deinde à Constantini praesidio Thessalonicae occisus impijs tyrannidis poenas dedit. De Juliano quid attinet

dicere, qui cùm pacem ecclesiarum à Constantino redditam turbaret, & diris
 quæc contra Christum moliretur, in expectato vulnere confosius, inter voces de-
 sperationis plena uictorum agnouit, quem per ludibrium solebat Galilaumbri
 bri filium dicere: Tempus me deficeret, si quæcunq; in historijs eius generis tu-
 bentur commemorare instituerem: & possent his multa adiçti, quæ nō nostro seculo
 dimus: sed sufficiat de illis cogitandi occasionem dedisse ihs, qui Dei opera obli-
 uare dīdicerunt. Prodest autem in illorum conſideratione diligenter uerari, u
 uel piorum afflictionibus uel tyrannorum uictorijs & successibus offendit
 quibus interdum Christo & ecclesiæ eius præualitatem uidentur. Coniungamus
 huic studio scripturæ sacræ lectionem, qua uera fidei fundamenta monstrabimur, &
 mox nos aduersus omne genus scandali abundè instructo sensuimus, a dō uo-
 minibus postpositis, qua mundus & caro obijciunt, cùm propheta nobis licet dicere:
 Omnes populi ambulabunt, quiscq; in nomine Dei sui: nos autem ambulabu-
 mus in nomine Domini Dei nostri in seculum, & in perpetuum. Ego certe Georg
 præstantissime dum ista mecum frequentius cogito, & quantum ad pietatem
 menti conferat scripturarū cum historijs ecclesiasticis comparatio non indiget,
 ex nostri seculi hominibus disce, qui illa instructi, uera fidei confessionem con-
 stanter retinent: non possum non illorum instituti uehementer probare, qui scrip-
 turæ libros pīj & perspicuis lucubrationibus illustrant, ut à pluribus legi pol-
 sint & intelligi. Fecerunt hoc olim pīj ueteris ecclesiæ doctores, non tamen eadem
 felicitate & successu. Alij enim, dum ingenij acumine scripturas profundius con-
 tantur, & seruile nimis putant literæ & historiæ insistere, in singulis propriebus
 legorias finixerunt, quibus & scripturas saepe in sensum alienum detorserunt, &
 hæreticis absurdissimarum opinionum occasione praebuerunt: in quorum numero
 censendus est Origenes, & quillum præcessit Philo Iudæus, ex cuius scriptis nūl
 tot allegorizandi ansam arripiuisse puto. Alij uero simplici expositione contenti
 in hoc fuerunt, ut quod in scripturis proponitur, auditorum siue lectorum influ-
 tioni accommodarent. Et hi mihi imprimis probandū uidentur. Praclarè enim ab
 Epiphanius contra Apostolicos siue Apotacticos scriptum est, τὸ πίστα τὸ εὐαγ-
 γελιανόν τὸ εἴται, δὲ τὸ ἡχεῖ. θεοειας δὲ τὸ εἴται τὸ διοθέτως εἰς τὸ εἴται ἐργάζειν
 θέτεις τὸν δύναμιν. Id est, Dei uerba non omnia allegorij indigent, sed sicut dicta
 bent accipienda sunt. Indigent autem speculatione & sensu ad sciendam eundem
 propositarū seu argumentū. Speculationis nomine diligenter singularem
 uerborum & locorum scripturæ conſiderationē intelligit, qua illorum scopū
 spiritus sancti, qui scriptura uerus author est, mens inquiritur, Persensum in
 loci expositi applicationem, qua iuxta Apostoli regulam uerbum Dei ita lecit,
 ut singuli de se agi intelligent, & intra animos suos efficacem sentiant spiritus co-
 rationem, quam idem Apostolus experimentum Christi per ministros suos loquen-
 tis uocauit. Obseruata sunt iam olim à probatis & orthodoxis ecclesiæ scripto-
 bus ista regula, & hodie magna cum laude nec minori fructu à multis obserua-
 tur, qui ut probati medici solent, ueram illam πεπονθεῖσι speculacionem cum ipsa
 praxi coniungunt. Quorū exemplo simili & amicorumhortationibus crebris ergo
 excitatus, in eodem argumento aliquid coepi, & quia succellum à Deo datum uis-
 di, nec omni fructu meus labor hucusq; caruerit, ut in instituto perg adducatur.
 Prodit ergo (quod faustum felixq; esse uelit pater lumen) Marcus Euangelista
 meis homilijs illustratus, cuius lectio pīj non parum seruire potest, eo quod ea
 Christi, eti non omnes, præcipuas tamen, succincta breuitate & perpicuitate sine
 gulari comprehendit. Scriperunt alij in hunc Commentarios doctos & eruditos,
 quibus uix aliquid addi posse videbatur. At quod alibi monimus, tanta est agi
 illius sancti fecunditas, ut nullius hominis industria omnibus mysteriis illius se-
 ruendis sufficiat. Ethabent singulorum locorum & temporum homines que in
 scriptura

ROD. GVALTH. PRAEFATIO.

scripturis obseruent, de quibus alij uel non cogitarunt, uel ut cogitarent nulla cau-
sa sunt adducti. Adde, quod homiliae rudioribus instituendis plus seruunt, maxi-
mij, quibus non datum est ecclesiis habere publicas, in quibus Dei uerbum ui-
ta uoce praedicitur. Versati sunt in hoc scribendi genere ex veteribus quoq; insi-
guis Theologi, Theodoretus, Basilius, Chrysostomus, Augustinus, Ambrosius &
piares alij, qui in suis sermonibus ecclesiæ faciem, qua tunc fuit, spectandam pro-
ponunt. Quam ut cognouisse multum prodest, ita non inutile fuerit etiam nostris
temporis scriptorum homiliae legisse, ut ex illis de doctrinae consensu iudicare, ec-
clesiarum hinc inde sparsarum mores & ritus cognoscere, & ex aliorum exemplis,
quid nobis ex uero siet, discere possimus. Quid ego in his præsiterim, piorum esto
iudicium. Demea fide & diligentia mihi probè sum conscient, cuius hic mihi sco-
pus est, ut quam plurimis inseruam, utq; talentum meæ fidei creditum aliquando
ad Dominum non sine scenore redeat. Quod si assequor, illius gratia illud omne
debet agnosco, quis solus dat incrementum.

TECV M autem uir ornatusime, de istis in præsenti differere placuit, cuius no-
minis laborem quoq; hunc omnem cum primis dedicatum uolo: non quod te uel eo
in loco uersari, uel in re Christiana adeò rudem & imperitum esse existimem, ut
mea doctrina sue institutione tibi opus sit: sed quod te eadem cura serio teneri
soe, & quod ex tuo nomine operi huic gratiam & autoritatem non contemnem-
dam acceſſivram putauit apud eos, quibus tuus uirtus tam pridem cognita atq; per-
specta est. Meretur etenim, qua in te reluet, Dei gratia, ut à bonis omnibus præ-
diceretur, cum ea tibi contulerit, qua nostro seculo in paucis coniungit (solent) Gene-
ris nobilitatem, opes, eruditio, & quod omnibus corporis atq; fortunæ bonis
præstantius est, sincerioris doctrinae & fidei orthodoxæ studium, quod non lectio
ne modo & scriptio diligenter, sed sancta quoq; in egenos Christi seruos liberali-
tate testari. Offert quidem illa Deus multis alijs, sed qua illorum est peruersitas,
se rem à conditione sua alienissimam facere arbitrantur, si vel bonis literis ope-
ram dent, uel de rebus sacris ipsi differant, aut alios de his differentes attente au-
diant. Quo sit, ut nobilitatis prærogativam in effrenimorum licentia, opum uero
uism in prodigioso luxu & nefaria prodigalitate consistere putent, sicq; tam sibi
quam alijs noxia et extitila reddant, qua & ipsi & multis alijs prodelle poterant,
Ver ergo tu partem meliorem elegisti, qua (ut de Maria Bethaniensi olim Christi
pronuntiauit) abs te non auferetur: & utinam tui loci & ordinis homines,
tuo exemplo excitati, idem aliquando faciant: qua non postrema ratio fuerit, qua
& nostri seculi concertationes componi poterunt, & ecclesiæ status in eam formam
restitu, quam nobis Christus & Apostoli tradiderunt. Accipies autem Georgi
præstantissime hunc Marcum nostrum eafrontere, qua menihil de te unquam me-
ritum in amicorum tuorum albo ascribere dignatus es: Merebantur equidem tua
in me beneficia animi & voluntatis meæ significationem multo luculentiores.
Sed nos illud Comicum, Ut quimus (aiunt) quando ut uolumus non licet,
Deum patrem omnis gratia & misericordia precor, ut quod mea industria præ-
stat non potest, ipse sua gratia & bonitate sarciat, tecq; cum tuis omnibus

corpo & anima in columem seruet. Amen. Data Tiguri,

Calendis Augusti, Anno ab incarnato Dei filio,

M. D. LXXI.

bb 3